Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

dei vt indicet nobis viam
meam. Olim in israel loquebatur
unusquisque videns istud dicebat
venite et eamus ad videntem.
Qui enim nunc prophetam dicit hodie
vocabatur olim videns. Et dixit
saul ad puerum suum. Optimus sermo tuus. Veni eamus.
Et ierunt in ciuitatem in qua
erat vir dei. Cumque ascenderent
cliuum ciuitatis inuenerunt
puellas egredientes ad hau
riendum aquam. et dixerunt
eis. Num hic est videns. Quae
respondentes dixerunt illis hic
est. Ecce ante te festina nunc.
Hodie enim venit in ciuitatem.
quia sacrificium est hodie populo
in excelso. Ingredientes urbem
statim inuenietis eum. antequam
ascendat in excelsum ad vescendum
Non enim comedet populus
donec ille veniat. quia ipse
benedicit hostiae. et dein ceps
comedunt qui vocati sunt. Nunc
ergo festinate. quia hodie
reperietis eum. Et ascenderunt
in ciuitatem. Cumque illi ambu
larent in medio urbis apparuit
samuel egrediens obuiam eis.
vt ascenderet in excelsum. Do
mino autem reuelauerat aurem
samuel. ante vnum diem
quam veniret saul dicens hac
ipsa quae nunc est hora cras
mittam ad te virum de terra be
namin. et vnges eum duce
super populum meum israel. et sal
uabit populum meum de manu
philistinorum. quia respexi populum
meum. Venit enim clamor eorum
ad me. Cumque aspexisset sa
muel saulem dixit ei.
Ecce vir quem dixeram tibi. iste
dominabitur populo meo. Accessit ad
saul ad samuelem in medio
porte et ait. Indica oro
mihi. vbi est domus vide
tis. Et respondit samuel sauli
dicens. Ego sum videns. Ascen
de ante me in excelsum. vt
comedas mecum hodie. et
dimittam te mane. et omnia
quae sunt in corde tuo indi
cabo tibi. Et de asinis tuis
quae perdidisti nudius tertius ne
sollicitus sis. quia inuenta sunt.
Et cuius erunt optima quaeque
israel. Nonne tibi et domui
patris tui. Respondens autem saul
ait. Nunquid non filius iemi
ni ego sum de minima tribu
israel. et cognatio mea nu
nquid inter omnes familias
de tribu benemin. Quare
ergo loquitur sic mihi sper
nens israel. Assumens itaque
samuel saulem. et puerum eius
et introduxit eos in tricli
nium. et dedit eis locum in
capite eorum. qui fuerant in
vocati. Erant enim qui triginta
viri. Dixitque samuel coco.
Da partem quam dedi tibi. et
praecepi vt reponeres secorsum
apud te. Tulitque cocus ter
minum. et posuit ante saul.
Dixitque samuel. Ecce quod
remansit pone ante te et
comede. quia de mundicia
seruatum est tibi. ex quo populum
vocauit. Et comedit saul cum
samuele in die illa. et des
cendit de excelso in oppi
dum. et locutus est cum saul
in solario dei. Stratumque
saul et dormiuit in solario.
Cumque mane surrexisset cum